

Lecta epistola cantetur: Laudem^a regis. Lecto evangelio vadat rex offerre^b cum tota processione et archiepiscopis et episcopis, sicut ordinatum est. Facta oblacione redeat ad thronum. Et quando rex ibit ad comunicandum^c similiter. Finita missa cum tota processione, sicut de thalamo discessit, cum sancta cruce et eodem ordine redeat ad thalamum, canente clero: Salve festa dies. Et ibi rex mutet insignia et leviora induat vestimenta. Hoc facto redeat rex ad palacium, deportatis ante eum duabus crucibus super equos, una a dextris, alia^d a sinistris, et duo archiepiscopi cum eo. Ceteri omnes ante^e precedant usque ad gradus palacii et ibi erit obviam ei processio capelle et ducant^f regem usque in magnum^g thalamum^h palaciiⁱ, canentes^k resp.: Deum time. Kyrie leyson. Christe leyson. Kyrie leyson. Archiepiscopus^l dicat: Pater noster. Et ne. Vers. Domine salve^m. Et exaudiⁿ. Vers. Esto ei domine^o. A facie^p. Vers. Domine exaudi^q. Et clamor^r. Dominus vobiscum. [Oracio:] Deus cuius regnum — regna precellat. Per.

Postea sedeant archiepiscopi et episcopi et comites reddant gladios et sedeant, et cum regi placuerit^s, ibunt ad palacium, ubi comedere^t debeant.

[VII. Consecracio regine¹.]

Incipit ordo ad reginam noviter benedicendam.

Episcopus, cui iniunctum fuerit, cum primum pervenerit in thalamum ubi regina fuerit, dicat: Pax huic domui. Respondeat^u: Amen. Et tunc dicat episcopus: Filia, dominus noster rex, quia placuit sibi, ut cum eo unum corpus fieres, iussit nobis, ut ad regni fastigium te consecrandam sublimaremus. Vis itaque promittere, ut sis in omnibus obediens eidem domino regi et heredibus eius in regno succedentibus iuxta apostolum dicentem: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Respondeat^u: Volo et promitto. Tunc dicatur totus psalmus: Eructavit cor meum. Quo finito dicatur: Kyrie leyson. Christe

a) 'lau' Hs. b) 'offer' Hs. c) 'comuniç' Hs. d) 'aī' Hs.
e) 'an' Hs. f) 'duc' Hs. g) 'magñ' Hs. h) 'that' Hs. i) 'paī' Hs.
k) 'cā' Hs. l) 'arch' Hs. m) 'saī' Hs. n) 'ex' Hs. o) 'd' Hs.
p) 'fac' Hs. q) 'exau' Hs. r) 'clam' Hs. s) 'placuer' Hs. t) 'co-
meder' Hs. u) 'ψ' Hs.

1) Die Gebete stimmen bis auf wenige Abweichungen mit denen des Ordo bei Waitz S. 45—48 überein, weshalb ich sie hier nicht ganz abdrucke.